

R. 82

XXVIII.

Q. D. B. V.

DISSE^TRAT^O JVRIDICA

DE

CIRCVLIS ET JUDICIIS IMPERII

Quam

RECTOR^E MAGNIFICENTISSIMO

SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO

DN. FRID. WILHELMO

REGNI BORVSSICI, AC ELECTORATVS BRANDEN-
BVRGICI HEREDE &c. &c. &c.

IN ALMA REGIA FRIDERICIANA

PRAESIDE

DN. JACOBO BRVNNEMANNO

JVRIVM LICENTIATO.

D. May. M DCCI. H. L. Q. C.

Eruditorum disquisitioni subjicit

RVDOLPHVS. AVGVSTVS de LAVTENSACK.

Eqves Brunsv.

HALAE MAGDEBURGICAE,

Typis JOHANNIS GRUNERI, Typogr. Acad.

Differential Diagnosis

DN. JACOBO BRUNNENNO
VALVAM FICENTIA TO
PRAESIDE
IN TERRA FRANCIA
ARMIS HEROS &c &c &c
REGI DOR/SCC AC ELEGATORI & ELEGATORI
SERVENSIS TRINCIPI V G BONIMO
PROTOL MARCHIUS ETURMUS
LUDICRUM IMPERII



COROLLARIA.

I.

Cameræ & Judicium Aulicum potissimum ventilationi causarum illustrium inter Principes & Status sunt destinata.

II.

Negari tamen non potest, quod & in gratiam causarum civilium privatos attinentium hæc judicia sint erecta, præsertim cum eo tempore Status tribunalia & judicia revisoria in propriis terris erigere nimis sumptuosa crediderint.

III.

Mirum vero, quod causæ criminales, sanguinem & vitam hominis attinentes, Statuum judiciis citræ appellationem ad Cameram sint relictæ, civiles vero causæ ambagibus appellationum subjectæ.

IV.

Variæ possunt causæ adsignari, unde protelatio processum per appellationem ad suprema judicia deductorum, dependet, & quam experientia manifesta quotidie loquitur saepius non sine litigantium miseria & egestate.

V.

Videtur igitur magis promovere salutem publicam Provinciarum, quæ inter alia etiam a justitiae pro-

promotione & observatione sanctiori dependet, si
Provincia quedam sponte sua renunciat juri appellandi ad judicia suprema. Quo casu illa judicia æque præjudicium aliquod assignare valent, quod habet judex ordinarius, cuius foro renunciatum est, qui non potest hoc ægre ferre.

IV.

Judicium Principum, Germanice das Fürsten-Recht/ laudatur ab his; culpatur & rejicitur ab illis. Mihi videtur confusio causarum ansam dedisse dis-sensui Doctorum. Si Princeps in Bannum declarandus est, & feuda sive territorium ipsius alii adjudi-candum est, hoc Imperator cum consensu reliquo-rum Statuum efficere ab immemoriali tempore, te-stantibus omnibus annalibus & monumentis [Ger-maniæ, adstrictus fuit, & adhuc est. Si vero inter-duas familias litigetur de Ducatu, aliqua linea extincta, Imperatur solus sententiam fert, pruden-tius tamen facit, si adhibeat ad minimum, consilium Ducum & Directorum Circu-li, in quo feudum situm est.





DISSERTATIO XI.

De

CIRCULIS ET IUDICIIS PU-
BLICIS IMPERII.

SUMMARIO.

Circularum Germania hodiernorum origo Maximiliano I. adscribenda, Thuan lapsus circa annum institutionis. § 1.
Regiones Germaniae que nulli Circulo includuntur, de Circulo Bohemico & Borussico. § 2.

Maximiliani I. divisio Circularum ad regulas Politices expenditur. § 3.
Augmentum & decrementum circularum, & membra nonnullorum circularum dubia. § 4.

Rejicitur assertio: Status sunt qui Circulo includuntur. § 5.

Regimen ac Politia Circularum qua in re consistat. § 6. lis de Directoriis nonnullorum Circularum ibid.

Officium Ducis Circuli des Treyß: Obristen. § 7.

Officium reliquorum officialium Circuli. § 8.

De Conveniibz Circularibus Treyß: Tägen. § 9. quid Correspondere de Treyß ibid.

De negotiis horum Conventuum & executione Circularum. § 10. lites super causa Mecklenburgica in Saxonia Inferioris Circulo. ibid.

Defectus Circularum & quid hodie emendari desideretur. § 11.

De perpetuo Milite, in Circulis maxime Gallo vicint, alendo. § 12.

Appendix Circularum Quaterniones, he tanquam Monachorum Inventum rejiciuntur. § 13.

Ff

alio

Alterum rubrice Caput, Judicia Imperii summa. §. 14.

*Forum Imperatoris coram Comite Palatino ad Rhenum quare rarissi-
mum sit. §. 15.*

*Forum Principum Austragiarum. §. 16. brevis delineatio Austragiarum.
§. 17.*

Nonnullorum Principum electio fori. §. 18.

*Qualis modus Procedendi in controversiis antiquitus in Germania obser-
vatus fuerit. §. 19.*

*Camera jurisdictionem suam ab Imperatore & Imperio simul habet. §. 20.
inutilis abstractiones Publicistarum hic reficiuntur. ibid.*

*Personae judicium Camerale constituentes. §. 21. Defectus hujus Judicij.
ibid.*

*Judicij Aulici Vitrinenensis renovatio, incrementum & hodiernus status.
§. 22.*

*Querela Protestantum ob non aut difficulter admissos Confiliarios Ev-
angelicos. §. 23.*

Defectus Judicij hujus Monzambano ingenuo detectus. §. 24.

*Cause matrimoniales Principum ad nullum Judicium Imperii perti-
nent. §. 25.*

*Quatenus Cause Criminales Principes attingere possint. §. 26. Ostenditur
panam Bannum destrabere Principum summa preminentia.
ibid.*

*Princeps Germaniae delinquens qua homo, nullum Judicem agnoscit in
hac terra. §. 27.*

*Eriani in Bannum declarati Principis persona sancta esse. Philosophia.
Farsenerii hoc passu laudatur. §. 28.*

*Exemplum Caroli V. Imp. Joannem Fridericum Electorem Saxonia ca-
pitis damnantis expeditum ad regulas prudentie. §. 29.*

*D. Clemens Augustus Clemensius G. 1745. De rebus Germanicis etiam
in Bannum declaratis Principis persona sancta esse. Philosophia.
Farsenerii hoc passu laudatur. §. 28.*

*D. Clemens Augustus Clemensius G. 1745. De rebus Germanicis etiam
in Bannum declaratis Principis persona sancta esse. Philosophia.
Farsenerii hoc passu laudatur. §. 28.*

*D. Clemens Augustus Clemensius G. 1745. De rebus Germanicis etiam
in Bannum declaratis Principis persona sancta esse. Philosophia.
Farsenerii hoc passu laudatur. §. 28.*

*D. Clemens Augustus Clemensius G. 1745. De rebus Germanicis etiam
in Bannum declaratis Principis persona sancta esse. Philosophia.
Farsenerii hoc passu laudatur. §. 28.*

§. I. Ad

§. I.

D modum regiminis illius corporis, quod Imperium Romano-Germanicum salutatur, spectat maxime distributio ejusdem in Circulos. Possunt hi vocari *Magna Regiones* ex diversarum vicinarum Provinciarum coniunctione constituta, sub se plares Status comprehendentes. Voco magnas Regiones. Nam non placuit Grotium imitari, qui lib. 7. hist. p. 344. decem Pagos appellat, nescio qua purioris latinitatis affectatione. Nolo tamen ipsi propterea dicam scribere; quod faciunt alias ejus Commentatores propterea, quod Parabolae Christi Fabulae Novi Testamenti, ex eodem purioris latinitatis amore, appellaverit. Occasione Regimenti Circulos institutos fuisse asserit Bœcler Not. Imp. lib. 3. cap. 1. alii vero cum Dn. Coccejo Jur. Publ. c. 4. p. 9. altius rem repetunt. Autor hujus distributionis & divisionis Imperii, prout hodie est, deprehenditur esse Maximilianus I. qui An. 1500. ex Statuum approbatione Augustæ Vindelicorum primum constituit sex Circulos. vid. Limnæus J. P. & in addit. tom. 2. ad lib. c. 7. Idem vero non multo post, anno scilicet 1522. IV. adjecit. Hinc lapsus hic est Thuanus, quando lib. 2. hist. annum 1522. substituit, qui non est error typographicus, uti putat, v. et eum excusat Vitriarius Inst. J. P. l. 2. tit. 6. Nam ad hunc, 1522. annum historia illa relata est a Thuano. Omnes hi Circuli vocantur, *Saxonicus superior & inferior Franconicus, Rhenanus Superior & inferior, Svecicus, Austriacus, Westphalicus, Bergundicus, Bavanicus*. Uti autem Circulorum invicem nulla est preferentia ac prerrogativa, sed omnes pari censu veniunt; ita etiam hic pro lubitu sunt dispositi ac enumerati. Nam in ipsis Recessibus horum Circulorum ordo diversus est, nec nullæ quæstiones de precedentiâ sunt enatae. conf. Limn. l.c.

J. Fridericus M. erogatus mai. 1511. Ff. 2. lxxvii. §. II. Esse

204 DE CIRC. ET JUD. PUBL. IMPER.

§. II. Esse tamen regiones & provincias ad Imperium licet spectantes, quæ tamen nullo Circulo icluduntur, manifestum est. Sic Comitatus Mompelgardenis nullo Circulo comprehenditur, & tamen Duces Wurtenbergici ejus institutu, tanquam Comites Principum dignitate fulgentes, votum & sessionem in Comitiis Imperialibus habent. Bohemia etiam citra dubium feudum Imperii est & ejus Rex simul Elector Imperii audit, vid. A.B. tit. 8.9. Constit. Caroli IV. apud Goldast. Tom. I. Conf. Imp. f. 343. Conring de fin. Imp. c. 29. Nihilominus Bohemia nullo Circulo Imperii comprehenditur. Evidem Goldastus putat, Bohemiam undicatum Circulum Imperii constituere, vid. ejus *Bohemia lib. 1. c. 2. n. 5. & l. 4. c. 8.* Verum hæc sententia legibus & consuetudinibus Imperialibus haud conformis est, hinc dudum rejecta est ab Arumæo de Comit. cap. 2. n. 41. Carpzovio de Leg. R. Cap. V. Sect. 8. de Borussia etiam certo Circulo includenda deliberatum fuisse a Maximiliano, asserit Vitriarius J. P. lib. 2. tit. 6. §. 5. conf. etiam Kulpis. ad Monzamban. cap. 2. § 15. Verum successu destituta est hæc deliberatio. Imo cum hodie in Regnum Borussia evecta, & sic a cetera Germania, quo ad vinculum plane soluta fit, nil hic amplius reunionis sperari potest.

§. II. Ceterum an ex regulis prudentiæ & posicies defendi possit hæc divisio Imperii in Circulos a Maximiliano I. instituta; disceptari in utramque partem plausibiliter posset. Omnis mutatio in politicis suis non caret periculis. Si vero illa mutatio in divisionem Ordinum unius, quam præ se fert, & vulgo asseritur, Reipublicæ vergit, multis difficultatibus & dissidiis ansa videtur præberi. Accedit, quod studium in commune consultandi de rebus salutem omnium, aliquos propius, aliquos remote licet attingentibus, refrigeretur, si quævis regiones magnæ vel Circuli res suas sibi habere jubeantur, conf. Conringius ad Lampad. cap. 2. c. 8. § 28. Verum hæc rationes non obstant, cur non saltim in hypothesi ad Imperium nostrum, laudandam, censeamus divisionem hanc Circulorum. Etenim illa fuit, jam tempore Maximiliani I.

corpo-

Corporis Imperii dissolutio, & usque adeo luxatum erat vinculum unitatis Reipublicæ, collapsaque autoritas, qua continebatur illud, legum Imperii, ut nullum remedium hinc divisionibus membrorum esset, quam divisio Imperii in Circulos. Tali enim ratione autoritati legum publicarum consultum est aliquantis per, adjecta scilicet poena Banni contra immorigeros exequenda a Ducibus Circulorum. Nam ut tota Imperii moles fese commoveat super executione sententia alicuius Cameralis, hoc & nimis sumptuosum, nec minus difficile ac tardum foret. Breviter hæc complectitur Thuanus lib. 2. bīß. ubi in eleganti digressione ac discursu de Statu Germania, inter alia de Circulis dicit, constitutos illos esse, ut (1) essent, unde Senatus Imperii, qui summum auctoritate jus dicat, suppleatur, deinde (2) ut Paci publicæ consulatur, ac leges Imperii, latèque sententia executioni mandentur. conf. etiam Strauch. *Diss. Exoter.* 1. lib. 4. Hinc prudens hoc institutum Circulorum est.

§. IV. Igitur utilitas horum Circulorum & divisionis sat patet, conf. etiam Dn. Obrecht ad Monzamb. cap. §. 5. Ex quibus autem membris quilibet Circulorum constet, prolixum nimis foret recensere, præsentim cum in omnibus libellis scriptorum juris publici sufficiens descriptio occurrat, in specie apud Zeilem in *Notitia X. circulorum Imperii*, lingua vernacula edita. Constat etiam multos Circulos diminutionem membrorum & potentia passos esse. Sic, ut antiquiora nouaddamus, novissima Pace Rysvicensi art. 4. & 16. Argenoratum cum omnibus dependentiis in sinistra parte, Rheni sitis, ac simul decem Civitates Imperiales Alsatia ab Imperii Jurisdictione exempta sunt. Fūsius hæc res traditur in *Vitriario illustrat.* lib. 2. tit. 6. ad §. 10. Vicissim numerus membrorum in nonnullis Circulis auctus est. Sic Circulo Svecicus innonnullis Circulis auctus est. Sic Circulo Bavarico accessit Princeps Lobkovicus. Circulus Svecicus auctus est 1644. Principis de Ursberg. & 1667. Comitis a Sinderhoff aliorumque receptione, de quibus videatur Dn.

Schwyder. *J. P. part. general. c. 4. §. 6.* Quidam autem Status incerti sunt, ad quemnam Circulum proprio pertineant. Sic Principatus Arenbergicus Circulo Westphalico adscriptus est, & vocatus etiam est ad Conventus Circulares Rheni inferioris. Vitiar. *J. P. lib. 2. tit. 6. §. 10.* De Abbatia Kreyshemensi vel Kayfersheimensi disputat inter se Circulus Bavarius & Svecicus. *Id. l.c.*

§. V. Illud autem superflue disputatur, an quilibet Circulus constare debeat ex tribus Ordinibus, Ecclesiasticis scilicet & secularibus Principibus ac Civitatis liberis? Ut enim hoc affirmet Schönborn. *in Polit. lib. 5. c. 6.* satis tamen ille ipsa experientia refutatur, cum Circulus Aufriacus & Saxonius superior nullas sub se complectantur Civitates Imperiales. Infirma etiam illa collectio est & lubrica, quam omnis ille qui ad Circulum relatus est, mox Status Imperii esse perhibetur. Sic Dux Subaudia est Status Imperii, & tamen nullo Circulo comprehenditur. Nobiles Immediati Circulis comprehenduntur, nec tamen sunt Status. Praeterea in Circulum Imperii Rhenanum relati sunt, Goldasto teste, Dux Mosanus f. von der Maas/ qui Bullionem hodie audit, ut & der Prinz von Schalon/ Marchio Rötelanus, Comes novo-Castelanus sive Welsch-Neuburg/ qui tamen Status non sunt. conf. Strauch. *Diff. Exoter. I. §. 6.* Limnæus quidem circa hos dissentit *tom. i. additt. ad lib. 2. c. 7.* nihilominus existimat, in Circulos referri qui non connumerantur inter Status Imperii, nec eorum jure fruuntur, hue res fert in Circulo Svecico, Inhaber der Graffschafft Kirchberg/ der Hertschafft Jünkingen/ in Circulo Rhenensi Inhaber Höhen-Bönigsegg/ Plancenberg/ der Graffschafft Leiningen ic. conf. Kulpil. *ad Monzamb. cap. 2. §. 15.* Textor de Rat. Stat. cap. 7.

§. VI. Ceterum quod attinet Regimen Circulorum, illud consistit (1) in Officiis Circularibus (2) legibus & Status Circularibus cum jure Archivi (3) Conventibus & Diætis Circularibus (4) Decretis & eorum executionibus. Inter Officiales igitur Circulorum primo loco connumerantur
Directo-

DE CIRC. ET JUD. PUBL IMPER.

207

Directores Creyß Ausschreibende Fürsten / quorum officium est, Status reliquos convocare ad Diætas , ibique proponere ac dirigere . Nominatim hos per singulos Circulos enumerant Limneaus tom. I. addit. 47. Dn. Schweder. Jur. Publ. part. gener. cap. 4. §. 10. Vitiarius Inst. J. P. lib. 2. tit. 6. §. 11. qui autores , cum in omnium manibus versentur , opera Directores per singulos Circulos recensendi super sedere possumus. Interdum unus interdum duo Principes officio hoc in Circulo funguntur. Verum de hoc Condirectorio graves lies superfluit. In Rhenano superiori Episcopus Wormatiensis Director ægre fert Con-Directorem Electorem Palatinum hoc prætentendum propter principatum Simmirenssem , videatur Wormatiensis Episcopi wolgegründete Wiederlegung der Pfalz-Simmerischen Information , qua refutatio 1668. edita est & exrat in Diar. Europ. Cont. XVIII. app. Conf. Dn. Fritsch. ad Inst. Pac. arr. 17. Durat hæc Controversia hodie in superiori hoc Rhenano Circulo. Nam Palatino ob religionem Catholicam movet controversiam Rex Sveciæ , qua Bipontinus Dux , utrumque Landgravius Hasfö-Cassellanus excludere vult , quia bello tricennario Directorium hic exercuit. In Westphalico Circulo dudum etiam lites fuerunt inter Domum Electoralem Brandenburgicam & Electoralem Palatinam. A. 1666. autem lis ita composita est , ut Directorium illud utrique cum Episcopo Monasteriensi commune esset , vide Transactionem desuper initiam apud Lundorp. Tom. IX. lib. 10. c. 119. & in Vitiario illuſtrato lib. II. tit. 6. adn. 11.

§. VII. Post Directores sequitur Dux Circuli Creyß-Öbrister / de cuius officio plene dispositum est in Recess. Imp. Auguste Vindel. 1555. §. 56. conf. etiam Arumæus Cap. 3. de Comit. p. 56. Dn. Schwed. J. P. Part general. c. 5. §. 15. Hujus Ducis dignitas non est annexa Domui aut territorio uti Directorium , sed cuiuscunq; Circuli Status eligunt ipsum per majora. Declar. Pac. Publ. tit. Wie ein Creyß mit Errichtung &c. Igitur cum hæc res ab Electione dependeat , satis patet nec Ecclesiasticos Principes ab hoc officio excludi posse.

Interim

Interim acris Controversia desuper orta est, cum 1555. Wurzburghensis Praeful in Duceum Circuli electus esset. Ceterum Directoris & Ducis officium in una persona concurrere posse, non inconveniens est. Imo & exteros aliquando Duces Circularum electos esse, exemplum Regis Daniæ initio belli tricennarii superiori seculo gesti, satis probat. vid. Londorp. *Ad. Publ. tom. I. lib. 3. c. 18.*

§. VII. Quia vero periculorum est, quando totius Circuli vires ab arbitrio & voluntate Ducis unice pendent; hinc ipsi aliquot adjunguntur, inter quos unus ejus quasi *Locumtenens* vocatur. Hic Ducis absentis aut alias impediti aut etiam negligenter vices supplet. Numerus vero reliquorum *Adjunctorum* der Zugeordneten legibus non est definitus, hinc cuiusvis Circuli arbitrio relietus est. Reliqui Ministri Circularum inferioris nota sunt. Huc pertinent, qui *xxario* Circuli praesunt die *Creyß-Einnehmere* oder *Casivir*. Hi pecuniam ad Cameræ sustentationem a Statibus solutam recipiunt, & desuper apochas iis tradunt; Dein Secretarii Circularum, qui dependent a Directore Circuli.

§. IX. Porro ad Circuli politiam spectant *Conventus* five *Dictæ Circulares Creyß-Täge* / quando scilicet aliquid deliberandum vel decernendum est, quod necessitas ac utilitas Circuli exigit. Sunt hi *Conventus* vel universales, vel particulares. Illi ex omnium Circularum simultaneo *Conventu* framantur. Talis erat 1597. Erfurti cum Saxoniz Electori impenso in bellum Grumbachianum essent refundenda. Post ilud tempus non occurrit exemplum hujus generis Circularium conventionum. *Conventus* autem *particularis* Circularum sparsius occurunt. Horum prima species est, si aliquot Circulum adiunxi me vicini convenient, quodjuxta R.J.d. 1571. §. 28. quotannis fieri debet, monete probanda causa. Inde nomen der *Correspondenden Creyße* / qui & in tres Classes distributi sunt. In *prima* correspondet Electoralis Rhenanus & Westphalicus; in *secunda*, Circulus superior & inferior Saxonius, quibus tamen VWestphalicus solet adjungi: In *tertia*, Franconia, Bavaria, Svevia & Austria Circuli. Altermodus autem *Conventus* Parti,

Particularis Circuli est, si unius Circuli membra conveniant. Hi dividuntur a Schvvedero loc. cit. §. 19. in Statarios, vel non. Illis certus terminus est definitus, qualis est die Probations & Tage rem monetariam concerentes. Quis indicat Conventus hōcse Circulares universales & particulares, tum & reliqua huc pertinientia tradit Dn. Schvved. l. c. §. sequ.

§. X. Causæ & negotia, de quibus Circulares Diætae celebrantur, sunt fere eadem quæ in Comitiis tractantur, nisi quod hic in specie ad Circuli saltem & commodum respiciatur, conf. pluribus Gockel de Circul. Svevian. 21. sequ. Omnibus vero in dem Ausschreiben & propositione contentis excusis & per majora decisis, Conclusum in formam Recessus redigitur. Sequitur tuac Executio. Solet autem hic quæri, an Camera Imperialis cum Circulis concurrat, & executionem Circuli per mandata removari queat? Vixit in affirmativam inclinare Boecler. Not. Imp. lib. 3. p. 48. ad acta Wertheimensi contra Würzburg p. 2. provocans. Præterea si a Camera Bannum vel proscriptio decreta, executio Circulo demandanda est, in quo ille Status contra quem fertur bona sua habet. Acriter hoc ventilatum est in causa executionis D. navverdensis, vid. Autor Informat. Dona-
verdic. Rudolphus quippe II. Ducis Bavariae executionem contra hanc Civitatem injunxit, licer illa Civitas ad Circulum Svevia pertineret. Verum hoc postea per leges publicas Imperatori interdictum, conf. Instr. Pac. tit. 16. §. in primis. Alia etiam 1697. controversia in Circulo Saxonie Inferioris orta est. Imperator enim in Causa Megapolitana, præteritis Directoribus & Duce Circuli Inferiori Saxonie, nimirum Electore Brandenburgico, Rege Svecie & Duce Luneburgico, executionem sententiae in favorem Sverinensis Ducis late Delegato suo Comiti Eccio commiserat. Ast Directoribus jura sua turbari haud segniter ferentibus & facta factis opponentibus, disceptatum est, an Imperator hec potestas salva fuerit? Afferere hoc voluit Anonymus (quem Dn. Mulzium esse credunt,) edita Dissertatione de Officio Ducum & Directorum Circularium. Verum hanc sacris auspiciis solidissime illustr. Dn. Strykius & Magnif. Dn. Coccejus peculiaribus scriptis refutarunt; quibus addi potest Exc. Dn. Thomassii Diff. huic Anonymo opposita.

§. XII. Ita se habet, vel potius habere debet regimen Circulorum. Verum successu temporis multa hic intumata sunt, quod in tam vasto & late fuso corpore, ubi omnia minus durabili sunt, non adeo mirandum est. Summatum vero Bœclerus Notit. Imp. lib. 3 cap. 3 in synopsi proponit defectus Circulorum. Huc refert (1) quod apparatus & Ordinationes Circuli magis magisque negligi ceperint. Variis exemplis hoc illustrat Heiden. Grund V. p. 3. c. 7. 9. Dn. Textor de Rat. Stat. cap. 3. (2) quod executio claudicare incipiat, Circulis vel cunctantibus vel recusantibus. (3) Omissa antiqua Circulorum correspondentia. (4) Controversia inter Confessores de loco sessione, voto, subscriptione in Comitiis. vid. Limn. addit. tom. 1. ad lib. 9. c. 1.

§. XIII. Illud vero in primis desideratur, & Statui praesenti Germania salutare creditur, si Circuli, maxime Gallo vicini, perpetuo milite essent instructi. Varia prodierunt scripta consilia ad sumptus & militem conscribendum suppedantia. Verum an omnia aequae facile possint in praxin deduci, quam quidem in chartam conjiciuntur, merito quis dubitat. Interim nonnulla saltem poterunt hauriri ex hisce, postea in Consilium patriæ adhibenda. Huc referri merentur Almers miles perpetuus Germania nuperprodiens. Nonnulla etiam jam monuerat satis politice Da. Textor de Ratione Status Germaniae cap. 16. Merentur etiam legi elegantes Dissertationes Dn. Strykii de Militia Circulari, & Militia Imperiali. Res hac enim in primis disceptari coepta est, postquam 1695. Colonia de milite Germaniae perpetuo & justo exercitu alendo deliberatum est. Pertinet huc Consilatio de hac re a Kulpfio instituta eodem anno. Huic autem se opposuit Dn. Limbachius, cui iterum respondebit Kulpfius: Scripta haec typis evulgata sunt Sturgardia 1697. 4. & instar Commentariorum in hac materia esse possunt, quia Limbachius dubia non proletaria facit contra perpetuum militem Germaniae, contra Kulpfius nodos hosce solvit.

§. XIII. Appendix loco materia de divisionibus Circulorum solet annexi divisio in *Quaterniones*, uti vulgo vocantur, qua dicunt Status Imperii, ratione officiorum dividi in 4 Electores Laicos, 4 Ecclesiasticos, 4 Patriarchas, 4 Primates,

tes

DE CIRC. ET JUD. PUBL. IMPER.

211

tes, 4. Cancellarios, 4. Episcopos, 4. Duces, 4. Marchiones, 4. Burggravios, 4. Comites &c. Prolixum Catalogum harum quaternionium exhibent Goldastus *tom. 1. Conflit.* p. 34. seqv. Onuphr. Pauvin. *de Comit. Imp. c. 13.* Limnaeus *Jur. Publ. I. i. c. 7. n. 39.* & in *Addit. conf.* Eyben de *Stylo Curia* p. 35. Nonnulli autem augent hunc numerum quaternarium, alii vero minuant. Totum autem illa divisio non tabulas publicas sapis, sed inventum otiosum Monachoru est, quibus eo tempore quodlibet singendi semper fuit æqua potestas. vid. Coaring. *de Germ. Imp. Civibus* §. 40. & *de fin. c. 29.* Sic non convenient defensores quaternionum de hujus instituti Origine. Alii ad Ottонem III, alii ad Carolum IV. referunt. Ast historici de utroque silent. Ipsa schemata valde etiam discrepant, indicio quod non legibus publicis sint lata, tunc enim certa forent. Evidem hisce rationibus non obstantibus defendit Dn. Fritschius *pet. tr.* authenticas esse has divisiones, & insignes prærogativas tribuere illis qui ex isto ordine quaternario sunt. Ast uti forsitan studio Comitum Schvartzburgicorum hoc titulo utentium factum hoc est; ita facile potest responderi ad primarium dubium Dn. Fritschii provocantis ad *Rec. de an. 1567. §. darauf haben Vir &c.* Nam in hoc §. mendum scriba appareat, & verba non dispositive sed relative intelligenda esse, monent Kulpisi. *ad Monzamb.* p. 1. c. 2. p. 598. Dn. Eyben de *Styl. Cur.* p. 35.

§. XIV. Succedunt nunc *Iudicia Imperii summa.* Horum enim sententias Circulorum Duces exequi oportere, modo traditum est. Hinc etiam non de toto ambitu jurisdictionis horum judiciorum, quatenus etiam res & causas privatorum complectuntur, agere animus est, sed in tantum, quantum Causæ & Controversiæ Principum inter se hic ventilantur. Variam aurem foras agnoscunt Principes Germaniæ, & ipse Imperator. Quo ipso tamen nil præminentia ac excessa superioritati territoriali detrahitur. Camera enim fundata est consensu communis omnium statuum, hinc ex spontanea submissione hac stabilita est, non ex imperio aut nudo jussu Imperatoris.

§. XV. In specie quod attinet forum Imperatoris, in Aurea Bulla cap. V. §. fin. expresse constituitur, quod coram Comite Palatino ad Rhenum Imperator super causis, pro quibus impe-

Gg. 2

titus

212 DE CIRC. ET JUD. PUBL. IMPER.

titus fuerit, respondere paratus esse debeat, uti verba Bullæ habent. Quod plerique cum illustr. Dn. de Rhetz. *J. P. lib. I. iii. 4. §. 64. & Exc. Dn. Cocejo Jurisprud. Publ. c. 16. §. 14.* de causis Civilibus intelligent. conf. etiam Dn. Thulemar. *de Ottoviratu cap. 18. §. 29.* Crüger de *Novernmentatu Discurs. 4. §. 20.* Interim nullum fere exemplum hujus judicij Palatini in causa Imperatoris proferri potest ex actis publicis. Causa haud dubie illa est, quod Imperator in causis civilibus qua Archidux Austria idem forum Camera cum reliquis Statibus agnoscat. vid. Buxtorf. ad A. Bull. cap. 5. concl. 64. Dn. Strykii Diss. *de foro Princip. & Privator. Comm. cap. I. n. 19. sequ.* Huc pertinet formula, qua, cum Carolus V. ut Archidux ad Cameram vocaretur, usq; est Camera: *Wir Cari Römischer Kaiser entbieten dir Carl Erz-Herzogen von Österreich.* ac. conf. Linnæus *J. P. lib. 3. c. 9. n. 39.*

§. XVI. Reliqui Principes & Status fora sua agnoscunt coram *Austragis* & Judiciis supremis Imperii, minirum Camera Wetzlanensi & Judicio Viennensi Aulico. Austragæ autem forum primæ instantiæ inter Principes fundant. Vigent autem in nonnullis Domibus Principum Austragæ Conventionales, quæ si adhuc cessant legales, vid. Dn. VVeypert. Lud. Fabricius *ad Mynsing. Cent. I. obs. 89.* Quanam vero Dominus hisce conventionalibus Austragis gaudeant, ordine expositum est in laudata Diss. Dn. Strykii cap. I. n. 65. sequ. In legalibus vero Austragis quis ordo observeur, qui Principum & Statuum habeant illos vel non, clare docetur in *Ordinatione Camerae. Part. 2. tit. 2. ubi sedes hujus materiae.* Reliqua exequuntur, qui de Austragis integros tractatus ediderunt, quo referendus Schubartus *de Austragia.* Eleganti autem brevitate & perspicuitate intricata alias hæc materia exposita est duabus Dissertationibus *de foro Austragorum & de Processu Austragorum* sub praefatio illustr. Dn. Strykii habitarum, quo lectores remitimus.

§. XVII. Breviter autem ad dictum memoratis extg Camerales res ita potest comprehendti. Personæ forum Austragorum habentes sunt vel primi, vel secundi Ordinis. Ad illes pertinent Electores, Principes, & Principalis dignitate fulgentes, qui vocantur *Fürsten-Mäßige* in alleg. textu. Hi rei partes sustinentes, contra cuiuscunque conditionis Actores hoc prima stan-

stantia foro privilegiato fruuntur. *Ord. Cam. p. 2. t. 4. §. f.* Secundi Ordinis personæ sunt Pralati simplices, Comites, Barones, Nobiles immediati. Hi, si a primi aut secundi Ordinis personis in jus vocentur, Austragias habet. *O. C. part. 2. t. 3. 5.* Si vero lite pulsentur a mediato Cive aut Civitate, licet Imperiali, quæ jus Austragiarum non habet (habent enim harum nonnullæ tantum vid. Vitriar. *J.P. I. 4. t. 5. §. 7.*) tunc non coram Austragis, sed recta coram Camera vel Judicio Aulico conveniendi sunt, vid. *Limnaeus J. P. lib. 9. c. 5.* Blum. *Proc. Camer. tit. 27. Conring. de Jud. Rep. Germ. tb. 53. seqv.*

§. XVIII. Porro quando in his Austragariis Judiciis sententia lata est qua stare nolunt partes litigantes, tunc cessant Austragæ & provocatio statud Judicia suprema, *Dn. Textor ad R. J. noviss. Diff. I. §. 55.* Gaudent tamen nonnulli Stataum privilegio electionis fori, ut scilicet illi tanquam rei intra certum tempus post requisitionem ab Actore, eligere possint, an Coram Camera anvero Judicio Aulico se listere velint. Hoc vero jure gaudent Serenissimi Duces Brunsivicenses & Lüneburgenses in debitis liquidis & confessatis, ut intra duos menses a requisitione, an in Camera, an in Judicio Aulico actionem exercipere velint, declarare possint. vid. ill. *Dn. de Rhetz Inst. Jur. publ. lib. 4. tit. 3. §. 2.* Idem privilegium Regi Schwæcie assertum est in *Inst. Pac. artic. X. §. deinde*, si scilicet intuitu Ditionum Germanicarum convenientius sit, ita tamen, ut intra tres menses a requisitione, de electione fori facta, Actorem reddat certiorum. Gaudent etiam eodem Marchionis Brandenburgici in Treves und Schmack-Sachsen / lähmden und fliessenden Wunden. vid. *Burgold. Not. Imp. p. 3. Diff. 19. n. 19.*

§. XIX. Ordo igitur nunc tangit summa Judicia Imperii, quæ sunt Camera & Judicium Aulicum. Fundata est Camera a Maximiliano I. Qualis autem status Iudiciorum ante illa tempora fuerit, plenus inquirit Conringius elegantissim. *Dissert. de Imperii German. Judiciis*, unde patet Iudiciorum per Germaniam diversis temporibus diversam fuisse rationem. Magis tamen occupatus deprehenditur circa illas causas quæ in Judiciis istis ventilata fuerunt, personas Iudicium & a quo constituta ille fuerint. Quomodo autem judicia fuerint peracta,

Gg 3

Conrin-

114 DE CIRC. ET JUD. PUBL. IMPER.

Conringius vix attingit. Hinc defecetus hujus Dissertationis aliquantisper suppleri poterunt ex Lehmanno, qui l. 2. c. 28 seq. l. 4, c. 21. & in aliis locis eruit nonnulla ex antiquis Patriæ monumentis, quæ ad modum veterorum judiciorum Germaniaæ pertinent. Nonnullas etiam reliquias veterum iurium, modum processus veteris spectantium, protraxit in lucem antiquatum patriarum solertissimus scrutator Schottelius *intr. de antiquis singulari. Jur. Germ.*, vestigia item antiqui moris procedendi in Scabinatibus nonnullis deprehenduntur, de quibus conferatur Brummerus de Scabinis & in specie de Scabinatu nostro Halensi Dn. D. Ockel eleg. tr.

§. XX. Non vero Camera solo Imperatore fundata est, sed simul cum consensu & suffragio reliquorum Statuum. Hinc in Rec. Imp. de 1654. §. 126. vocatur *Unser und des Heiligen Römischen Reichs Cammer-Gericht* & adhuc clarius in *codem Recessu* §. 156. Damit aber auch *Unser und des H. Röm. Reichs Cammer-Gericht* als welches Uns. S. *Saint Chur Fürsten und Ständen des Reiches representaret* &c. Replica trium Electorum apud Lundorp, tom. 2. *Akt. Publ. lib. 1. tr. 4.* expresse provocat, das Cammer-Richter und Beysitzer ihre Jurisdiction von Kaiserlicher Majestät auch Churfürsten / Fürsten und allgemeinen Ständen des Reichs haben. Ex hisce satis patet, quid sentendum sit de Schützio *J.P. Vol. 2. Disp. 2. 1b. 6. lit. D.* alisque contenditibus, Cameram Imperialem suam jurisdictionem soli Cæsari acceptem ferre dubere. In quam sententiam adducti sunt, quod in Camera sententia nomine & Sigillo Cæsaris expediantur: quo argumento nil jejunius esse potest. Hospes enim in politica est, qui ex schemmatibus externis, titulo, stylo Curia, insignibus & aliis solennibus vult judicare de iuribus realibus Statuum Imperii. Subtilior non verior est sententia Kulpisii *ad Monzamb p. 2. c. 5. §. 20.* *Bæcleri Not. Imp. lib. 13. c. 2.* aliorumque existimantium, Jurisdictionem radicaliter esse apud Cæsarem, ac ab ipso Cameram accepisse, quæ tamen quo ad subiectum, formam & modum expediendæ jurisdictionis, communis Statuum & Cæsaris autoritate instituta sit. Verum cum sic Jurisdictionem Cameræ a Cæsare & Statibus

pro-

DE CIRC. ET JUD. PUBL. IMPER. iiij

professam esse nolentes volentes confiteantur; possum⁹ de cetero hisce Autoribus jurisdictionem suam Cæsaream sine subiecto, forma & modo, una cum infinitis aliis abstractionibus ad jura Publica non quadrantibus, relinquere meditanda.
conf. Dn. Thomas, ad Monzamb p. 269.

§. XXI. Constat hoc Camerale Judicium ex uno Judge illustri sangvine nato, ab Imperatore constituendo, & religionis approbatæ in Imperio. Huic adjuncti IV. Praefides inferiores a Cæsare constitueri duo religioni Pontificia, duo Evangelicæ addicti. Numerus Assessorum ad quinquaginta auctus est Instrumento Pacis VVesthalicæ art. 5. §. 23, ita ut XXVI. religioni Catholicæ XXIV. religioni Protestantium essent addicti. Scilicet ut tolleretur Protestantibus materia querendi, quasi prævalente numero Assessorum Catholicorum ipsi iustitiam experientur min⁹ faventem. Verum ne ultra 17. unquam visos fuisse Assessores, testatur ex Bumio Proc. Cam. t. 14. n. 15. Vitriarius J. P. lib. 4. t. 6. §. 11. Imo ultra novem jam in Camera non deprehendunt Assessores, docet Thucelius in Elest. Jur. Public. Cariof. c. 10. Dn. Hoffman. Respon. Jur. in append. p. 38. 39. Quæ paucitas Assessorum in causa etiam videtur esse, cur ita difficulter & tarde processus finiantur, ita ut in proverbium fere antea abierat: *lites Spiræ spirant non expirant.* Quanto autem cum damno Germania, ut & justitiae violatione manifesta hoc conjunctum sit, quilibet vider. Plures defectus Cameralis hujus iudicij politice sed & satis false, annotat Monzambano de Stat. Imp. cap. 5. §. 20. Sic etiam ad hosce defectus emendandos remedia quædam allata sunt in novissimo Recessu Imp. de 1654. quæ tamen huic malo penitus extirpando non sufficiencia videntur, conf. etiam Kulpif. ad Monzamb. p. 125.

§. XXII. Alterum judicium Imperii supremum Viennæ resideret, & iudicium Cæsareum Aulicum audit. Hoc pari potestate cum Camera gaudet, ita ut quæ in illa moventur lites ad hoc non possint pertrahi & vice versa. Vocatur Aulicum Kaiserlich Reichs Hoff Rath / non quasi cum ejusdem Consilio sanctiori unum idemque sit, sed quod semper

116 DE CIRC. & JUD. PUBL. IMPER.

per in loco sit, ubi Cæsar animum residendi habet. vid *Reichs-Hoffger. Ordnung tit. i. §. 4.* Quanquam vero hoc judicium vetustius Camera perhibetur, samen ejus leges primum *Ferdinandus Cæsar promulgavit 1549.* Auxit *Maximilianus II.* plane innovavit *Matthias 1614.* correxit ad Statuum desideria *Ferdinandus III.* in Comitis Ratisbonensisibus 1654. Judicij hujus autoritas a solo hac tenus Imperatore pendit. Moguntinus tamen, utpote Vice-cancellarius Imperii, jus revisionis sibi vindicat, non tamen juramento Assessores Judicij hujus ipsi sunt adstriciti, uti *Burgoldensis p. 2. Disk. 20. n. 8.* existimat. Nam Vice-Cancellarium ille quidem constituit & juramento sibi devinicit & Protonotarium ac Secretarios Cancellariæ Imperii, *Cap. Joseph. art. 39.* non vero Judicij Aulici. vid. *Kulpis. ad Monzamb. p. 146.* Causas institui hujus Judicij Aulici divinando assequi non difficile putat Monzamban. p. 285. quas etiam satis libere acuteque aperit ibidem. Desam tam vero hanc ejus conjecturam esse ex invidiosa philosophia Hippolyti a Lapide, persuadere cupit Kulpitius, prudens, sed non ubique sincerus annotator ejusdem p. 146. quod sis, non tamen omne odiosum & invidiosum mox falsum est & eroneum.

§. XXIII. Numerus Assessorum hujus Indicij Aulici ex ordinatione Ferdinandi III. ad 18. computato Præside est adstricetus. Temporibus Maximiliani II. Rudolphi II. & Matthiae fuere nonnulli Assessorum Evangelica religioni addicti. Sub Ferdinando II. & III. autem nullus hujus religionis adscitus fuit, quod Evangelicos Principes male habuisse, & sepius de ea re conquestos fuisse, testatur *Conring. de Jud. Imp. Germ. tb. 100.* Postea tamen in *Ordin. Jud. Aulic. tit. i. §. 8.* *Wir wollen etiam hisce quere lis aliqua medela est proposita,* de qua plenius consulatur *Dn. Schyveder Jur. Publ. part. Spec. Scđ. I. c. 12.* subjungens tamen: *Utinam autem bac modo ita* bodie servarentur, vid. *Fritsch. in addit. ad Limn. l. 9. c. 4. n. 5 p. 397.* Reliqua circa hoc judicium notanda exequuntur *Dn. Jo. Christ. ab Uffenbach. Tr. de Consilio Cesareo-Imperiali Aulico 1683.* Vinnæ primum excuso. Gerhardius *Discursu de Judicio Aulico & Camera li.* Mauritius *Dissert. de Judicio. Aulico.*

§. XXIV.

DE CIRC. ET JUD. PUBL. IMPER.

277

§. XXIV. Defectus hujus Judicij, uti antea Camerallis, sagacissime, more suo, explorat Monzambanus *Cap. V.* §. 21. Illud autem quod annotat, Clausas controversias, si aspectus quidam politici intervenierint, ad Casarem transmitti, & consequenter sententiam non ex iustitia sed ex politica ferri; Boclerus plenam prudentia (utinam & iustitia) laudem habere notat *Notit. Imp. lib. 13. c. 4.* Negari interim non potest, in Iudicio Aulico processos facilius terminari, cum lenitissimo Processui Camerali haud se adstrictum profiteatur. Sumptuosior quidem vulgo hic modus procedendi reputatur, verum hoc brevitate compensatur. Quod vero porro de largitionum facilitate annotat Monzambanus *I. c.* omitti potuisset, cum judice Dn. Thomasio *ad b. l.* hoc vitium commune in totius Orbis iudicij sit & odiosa haud dubie hac parte comparatio foret inter Iudicium Aulicum & Camerale. Interim ut hac suspicione se se liberent, consultum Monzambano videtur, si litigantibus indicare erubescerent, cuinam ipsorum causam in Senatu referre sit, injunctum.

§. XXV. Quam suprema vero haec iudicia sint, supersunt tamen Causæ Principum in quibus decidendis nullam habent potestatem. Huc pertinent Causæ Matrimoniales Principum Protestantium. Haec nec coram Camera, nec Iudicio Aulico, nec ipso Imperatore ventilari possunt. Ulimus hic posset esse iudex nisi principia religionis, qua imbutus est, refragarentur. Igitur haec Causæ Principum in propriis Consistoriis ventilandæ sunt, exterèque facultates Theologicæ & Iuridicæ in hisce casibus consuli solent. Evidenter non defuerunt Consilia nonnullorum de Universali Consistorio Protestantium erigendo, penes quod arbitrium horum Casuum futurum esset. Verum ejusmodi Consilia, in praxin deducere politice & moraliter impossibile est. conf. Dn. Stryck. *Diff. de Jur. Princeps & privat. comm. Cap. I. num. 99. segv.*

§. XXVI. Quo ad causas Criminales Principum, nullum Iudicium Imperii fundatum est. Evidenter in causa fractæ Pacis publicæ & perduellionis Camera Iudex est, vid. *Ordin. Cam. p. 2. t. 2.*

Hh

S. Go

§. Sojemand. Verum severitatem hanc legum usus sequentium temporum dudum immutavit. In reliquis vero causis pœna Banni erga Status Imperatori adscribitur, sed non soli, verum ad minimum consensus Electorum requiritur. vid. Cap. Leopold. art. 13. Intelligentum vero hoc est de crimini bus Principum quæ turbant harmoniam Imperii, ejusque statum evertere cupiunt, & hoc intuitu publica possunt vocari. Nullatenus vero hoc offuscat splendorem Principum summum. Nam paetis pœnibus se invicem adstringere nil talium, v. c. frangere pacem publicam, perpetrare, aut si pertraverint, pena coercere hos ausus, nil delibat de summa dignitate & potestate. Quare dicendum est, habere Bannum speciem executionis militaris, jam vero etiam inter summos & absolutos Principes nullum superiorum recognoscentes nullum aliud remedium supereft, quam vis armorum. Hinc & nuperime vidimus, aliquam ex foederati Belgij Provinciis subsidia belli præteriti morose declinantem, reliquas armis terruisse ac illa interminatas esse, nisi Capitibus unionis Ultrajectina satisfaceret. Omnia haec non abhorrent ab indole liberasmus Rerum publicarum, sive expresso federe junctarum, sive ob formam suam eo inclinantum.

§. XXVII. Accedit quod haec proscriptiones & in Bannum declarationes ultra delicta Principum qua Principum non extendenda sint. Nam si ut homines delinquunt, nullus mortalium potestatem habet eos Capitaliter puniendi, vid. Diff. de Mut. A. Bullæ §. 10. Imo etiamsi per Bannum & Bellum procedatur contra illos, exui quidem possunt terris suis, sed personarum merito debet illæsa relinqui. Nam in seculo tam culto, quale nostrum, Principum etiam Germania personas omnibus sacras & inviolabiles ac a judiciis capitalibus immunes censeo cum Furtenerio de suprematu p. 30. Olim, eleganter pergit ille, cum feri magis hominum mores essent, novum non erat, Imperatores, Reges, Principes non tam solio excuti, sed & occidi & cum cruciatu execrari, emasculari aliterve mürilari, vel certe tonsos in Monasterium trudi; In Historia Constantinopolita nil est frequen-

DE CIRC. ET JUD. PUBL. IMPER.

219


frequentius, sed ea re factum est, ut vilis Regum Principumque sanguis videretur, adfverto eorum ruinis ac contumelias populo; & quae hodie non sine horrore leguntur, quiete spectante. Execrationi omnibus est crudelitas Caroli Andegavensis in Conradinum Sveum & Fridericum Austrum. Ipsa Anglia ejus immanitatis hodie dedit penas, qua in Regium sanguinem magnisque Principes olim levatum est. Nam & Comitatum memini dicere, triginta annorum spatio, octuaginta regie stirpis Anglia Principes bellicis Civilibus aut suppliciis interisse, & Mariz Stuarte tragicus exitus a prudentibus probari non potuit, docuitque eventus quam periculosum sit, asestere Populum spectaculis in Principes funestis.

§. XXVIII. Falleretur vero insigniter qui sibi persuaderet, illam immunitatem a penitentia tantum concedendam esse Principibus independentibus (suarauitatem vocat filius Politicus) vicissim Germanicos posse captiis damnari. Legi enim in historiis, quod Fridericus I. Hermannum Comitem Palatinum, obtubat Germaniam, Canemscabiosum in Publico conventu portare coegerit per integrum milliare, Otto Frising. hist. de Frider. I. lib. 2. c. 28. Ast haec que quadrant ad nostra tempora, quam quod legimus Iosuam V. Regum Colla calcasse, Sesostris Regibus vectum esse, Romanos vero in triumphum illos duxisse. Instant autem & Carolum V. Johannem Fridericum Electorem Saxoniz Capitis damnantem producunt in Scenam. Verum quam facile exemplis quis decipitur, si illa sine politica prudentia ponderentur. Illa sententia capitalis tantum in terrorem ac speciem lata erat a Carolo, quo citius Castro Wittebergensi potiretur. Certe Caroli V. prudentia ac moderatio notior est, quam ut tam crudele factum ipsum ferio sibi proposuisse dici possit. Si vero Carolus facere aulus fuisset, uti cum captivo Electore, imo & captivo Rege Franciso I. facere poterat, ipso rei horrore sane omnium voluntates a se alienasset, odio occulto Germanorum alias prægravatus,

Hh 2 quod

225 DE CIRC. ET JUD. PUBL. IMPER.

quod Philippum Hassum ppus quam punica fide in Captivitate justo diutius detinetur. Multa tali casu suscipiuntur, bene hoc monente Furksterio *i.e.* quæ defendi non possunt, & ut dicam quod sentio, mihi Electoris aut Principis damnatio a Cæsare profecta, non magis justa videtur, quam Cæsar's exautoratio ab Electoribus decretata.



P. 164
DISSER.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-310612-p0026-2

Halle, Diss.) 1701 (Br/R)

ULB Halle
001 513 001

3



56



B. V.
IO JVRIDICA
DE
V/LISET
IMPERII
NIFICENTISSIMO
INCIPĒ AC DOMINO
WILHELMO
ELECTORATVS BRANDEN-
EDE &c. &c. &c.
A FRIDERICIANA
E SIDE
RVNNEMANN
ICENTIATO.
CCCI. H. L. Q. C.
isquisitioni subjicit
STVS de LAVTENSACK.
s Brunsv.
GDEBVRGICAE,
GRUNERI, Typogr. Acad.